

## **Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 67**

Ego in Dei nomine Bertramnus dono ad ecclesiam beati Petri, que est constructa in pago Bedense super fluvio Sura, ubi dompnus Willibrordus corpore requiescit, hoc est res meas in duobus locis in pago Wabarinse, scilicet in Heldingen et in Frisingin, quicquid michi ibi de hereditario iure obvenit, hoc est tam terris, casis, curtilis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus et mancipiis utriusque sexus. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno I regnante Karolo rege.